



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita P. Ignatii Loiolae, Qui religionem Clericorum  
Societatis Iesu instituit**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniæ Agrippinæ, 1602**

Co[n]stitutiones ab Ignatio perscribu[n]tur. II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45323**

fut, aut ingrat. Eodē tempore grauissimum in morbum incidit, & cum se expeditum iri ex huius mortalitatis vinculis speraret, sic afficiebat ani- mo, ut prælætitia, fluentes vbeitim lachrymas cohibere non posset, cog- returque & suorum precibus, & medi- corum severa admonitione animum aliò transferre, & minus diu de suo desiderio, ac spe, minusque sœpe cogi- tare.

CONSTITUTIONES AB IG-  
natio præscribuntur.

CAPVT II.

**I**gnatius ergo spe illâ deicetus, onus quod sustinebat deponendi, & no- uo morbo liberatus, quod Deum velle intelligebat, ad Societatem gu- bernandam, & inchoata perficiendâ, se totum conuertit, imprimisq; vt cer- tis illam vinciret legibus, iisdem Pá- tribus Constitutiones à se conscriptas ostendit, ac discutiendas tradidit: quas ipse compulsus est precibus totius So- cietatis perfcribere. Extat commenta- riis eius ipsius manu scriptus, in ar- cula quadam post eius mortem reper- tus, in quem, dum constitutiones scri- beret, assidua Dei beneficia illustra-

T. 6. tiones.

tionesque eas, quibus à Deo perfundebatur, & memoriae, & deliberationis causa, quasi in ephemeride referebat. Quo ex scripto planè perspicitur Ignatij virtus, & diuinę erga illum largitatis plenitudo, pondusque ipsarum constitutionum, & autoritas. Omittam reliqua: de vna paupertate dicam. Quadraginta continuos dies Deo Opt. Max. sacrificauit: & diuinis preceationib. solito se dedit ardentius, ob id vnum, vt statueret, expediret ne nostris professorum domorum Ecclesijs redius aliquos esse, ad ipsarum Ecclesiarum vel fabricationem, vel cultum & ornatum. Et vt ego quidem existimo, vt superiora illa, quæ dixi, illustriora fierent; & diuina dona, quæ Ignatius humilitatis studio intra se occultabat, in lucem exirent, & foras ad nostram utilitatem proferrentur. Deus ipse afflatu illum suo, instinctu que incitauit, vt quid illis quadraginta diebus in matutina oratione, quid in præparatione ad Missæ sacrificium, quid in ipso sacrificio, quid post, si bi accidisset, breuiter planeq; consenseret. In eo videre est, illi quanta fuerit sui examinandi, & conscientię perscrutandæ cura, quā incensa & accurata ora.

ta oratio, quanta lacrymarum, & continua penè effusio: quam sæpe consolationis magnitudo redundaret etiam in corpus, & vox, intercluso spiritu hæreret, ac fari non posset: & totius corporis venæ, sensibiliter (vt ita dicam) commouerentur. Illic cernitur, quām assiduis eius mens, atq; eximijs de sanctissima Trinitate illustrationibus impleretur, de diuina essentia, de processione, de proprietate diuinarum personarū, & operatione; deque sacratissimo illo mysterio, tum occultis intelligentijs, tum externis doceretur imaginibus. Neque verò breues illæ erant, aut fugaces, sed prolixæ interdum, ac diuturnæ, & quæ in cubiculo, in mensa, domi, foris illum comitarentur, & suæ magnitudinis æstu quodam absorberent. Singula persequi non est necessarium, hoc attingendum fuit, vt intellegamus, quo loco constitutiones nostras habere, qua veneratione suscire, quo studio curaq; obseruare debeamus. Quanquam Ignatius, qua erat animi modestia prædictus, post tot cognitiones supernaturales, & diuinæ voluntatis testimonia, sibi non sumpsit, vt constitutiones firmæ essent agetæ, donec yniuersa Societas, suo eas

T 7 iudi-

iudicio comprobaret. Quod quidem  
Romæ anno 1558, ipso mortuo factum  
est, in publico vniuersaliq; Societatis  
conuentu: in quo constitutiones om-  
nes, vt fuerant ab ipso conscriptæ, ma-  
gna veneratione suscep̄tæ sunt, & sum-  
ma omnium patrum confensione ac  
voluntate confirmatæ.

*R O M A N I C O L L E G I I*  
*institutio.*

CAPVT III.

**E**X eorum numero, quos hoc an-  
no ab Ignatio enocatos, Romam  
venisse diximus, Franciscus Bor-  
gia Dux Gandiæ fuit, qui quidem So-  
cietatis tertius fuit Præpositus Gene-  
ralis. Is cùm intelligeret, quantas com-  
moditates Collegium Societatis, in ea  
Vrbe quæ caput orbis terrarum est, es-  
set allaturum: minimeque decere exi-  
stimaret, eam, quæ Societatem prima  
omnium cōplexa est, & ex qua vniuer-  
sa Societas gubernatur, eo fructuca-  
rere, quem multæ aliæ ciuitates, ex  
nostrorum opera atq; eruditione per-  
ciperent, Ignatij hortatu atque con-  
silio. Collegium Romæ instituen-  
dum curauit: cuius initium factum est  
anno Domini 1551, 13. Februarij, adra-  
dices